

imaginem beatæ Mariæ Virginis, quadam die voluit præcipitare, confregitque ligna, in quibus stabat pictor, qui ad casum perit: mox imago piissimæ Virginis pictori manum porrexit, et eam, ne cederet, firmiter retinuit, sique eum a daemone custodivit.

§. XLV.

Discipulus (*lib. Exempl. b. V. Mariæ*): Fuit quidam sacerdos idiota nullam sciens missam, nisi de beata Domina Maria: et cum de illa quotidie celebraret, et de hoc accusaretur, prohibitus est ab Episcopo, de cetero non celebrare aliquam missam. Qui cum esset in tribulatione, et egeret, beatamque Virginem invocare, illa ei apparet, ait: vade ad Episcopum, et dic ei ex parte mea, ut tibi restituit officium tuum. Respondente sacerdote, Domina nostra, ego pauper sum, et despecta persona, non me audiet, neque mihi patebit accessus ad eam. Beata Virgo adiunxit: vade, et ego viam tibi præparabo: et ille, o Domina Virgo Maria, non credet verbis meis; respondit illa: dices ei pro signo quod in tali hora, et in tali loco, dum cilicium suum resarciret, ego illud ex parte una tenebam, adiuvens eum, et statim credit tibi. Mane sine impedimento sacerdos intrans ad Episcopum, ut beatæ Dei Genitricis deferret nuntium, cum ille diceret: unde credam, te ab ea missum? prædictum signum de cilicio subnixit: quo auditus beatus Pontifex stupens simul, ac pavens respondit: ecce reddo tibi, ut tantum de Domina nostra beatæ Virgine Maria celebres, ac frequentes, et ora pro me semper.

§. XLVI.

Discipulus (*lib. Exempl. b. V.*): In monasterio quodam sanctimonialium ante multos annos virgo quædam degebat nomine Beatrix: erat enim corpore speciosa, mente devota, et in obsequio Dei Genitricis ferventissima: quoties illa spirituales orationes, cum fine veniam secretis efflere potuit, cum fine veniam replevit: facta vero custrix, hæc egit tanto devotius, quanto liberius: quam clericus quidam videns, et concupiscens, precari coepit: illa verba spernente luxuriae, istoque tanto importunius instante, serpens antiquus cum vehementer incendit, ut pectus eius flammam amoris ferre non posset; accedens vero ad altare beatæ Mariæ Virginis, quæ ibi paratona erat, sic ait: Domina, quanto devotius potui tibi servi, ecce, claves tibi resigno, tentationes carnales diutius sustinere non valeo. Positis super altare clavibus, clam secuta est clericum: quam cum miser ille corrupisset, post dies paucos eam abiecit. Illa, cum non haberet, unde viveret, et ad claustrum redire erubesceret, facta est meretrix: in quo vitio, cum publice annos plurimos transeisset, die quadam in habitu sæculari, ad portam venit

monasterii, quæ cum dixisset portariae: nosti Beatricem, quondam monasterii huius custricem; respondit optime: est enim domina proba, et sancta, et sine querela, ab infantia usque in hunc diem in hoc monasterio conversata. Illa verba ista notans, sed non considerans, dum abire vellet, Mater misericordiae in effigie mulieris ei apparet: ait: ego per quindecim annos absentiae tuæ officium tuum supplivi; revertere autem in domum tuam, et poenitentiam age, quia nullus hominum novit excessum tuum, in fama siquidem, et habitu illius, Dei Genitrix vices egerat custodiæ: quæ mox regressa, quando visit, gratias egit Mariæ Virgini, et per confessionem circa se gesta manifestavit confessori suo.

§. XLVII.

Petrus Cluniacensis, vir sua ætate insignis doctrinæ, et pietatis (*in l. 2. de miracul. c. 30*) morem tradit Romanorum fuisse festum Assumptionis Matris Domini inter universas anni festivitates præcipuo honore colere. Unde inter plura devoti animi sui erga præcelsam Virginem signa, ceteros maximos facit, et eos ante paratos, vigilia festivitatibus, ad nominatam ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris deferunt, atque vespertina hora, vel circa accendunt, pondus tamen eorum æqua lance pensatum domi retineat, ut sequenti die, solemni Missa præacta, eos rursus pensantes, quantum de quantitate eorum ignis consumperit, indicante statera, cognoscere valeant. Cumque eos die sequenti domum retulerint, et ponderaverint, deprehendunt, idem esse pondus, atque prius fuit: quod miraculum in ipsa Romana Urbe, templo præclaro, et non semel, sed anno recursum fieri solum expendit hic bonus Pater. Ostendit Deus hoc signo, nihil eorum perire, quod in Virginis cultum, et honorem expenditur, sed id est Deo gratum et acceptum.

§. XLVIII.

Sylvanus Razzius monachus Camaldulensis, cuius opus ex Italico Latino fecit Hercules Vincemala (*de mirac. Virg. Mar. lib. 2. c. 13*): Vir nobilissimus, cuius uxor in Virginis fidem, et clientelam sese dederat, cum nullos haberet liberos, Deam suppliciter obtestatus est, ut prolis dulcia præmia nosse sibi liceret. Voli compos filium ad christianam disciplinam, et pios mores erudit. Iam infans esse desiderat, cum ab aliis pueris floribus, et rosa seris contexti videt; idem ipse facere, illisque cum magna pietate Virginei cuiusdam simulacri frontem exornare, neque ullum unquam diem intermittere. Natu grandioreni parentes matrimonii vinculis impedire cupiebant; at ipse, qui Deo, eiusque Matri, virginitatem suam intactam, quod aint, integramque servatorem se voto promiserat, in coenobium migravit eorum, qui sanctum Brunonem sequuntur auc-

tores, ubi quotidie magis, magisque proficiens, firmiora in dies sanctitatis fundamenta iaciebat. Quod vero neque in illam vitæ rationem conveniens esset, neque flores, et rosas hyems dura progigneret, institutum coronandæ Virginis intermissi oportuit; aliud tamen pro re, ac tempore, consilio sui moderatoris, remedium inivit, qui ut illi scribunt, tacente Sylvano, huic, adhuc novitio, quod rosæ in promptu non essent, paranti recessum, desperantique Virginis caput a se redimiri iam posse, saluti fuit, moxque, ut pro rosis quinquagenas salutationes offerat angelicæ, ac deis quibusque Dominicam subiceret precationem: eam coronam Deiparæ fore gratiorem. Paret, obtemperatque novitius, maucendi iam certus, et florum vice, ex Christi oratione, et angeli Gabrielis alloquio, rosæ, floridaque serla virginis capiti quotidie componebat. Progrediente cum ipso tempore huius Religiosi virtute, factus est cuiusdam illius familiae præfectus, ac rector. Pro munere autem necessitate commissi, faciendum iter aliquando fuit, eundemque peregre satis; ex oblivione tamen, obruentibus animum curis, piam illam quinquages, ut multi, centies, ut Sylvanus scribit, salutandæ Virginis consuetudinem, diem unum intermisit; cumque in vastam sylvanum ingressus, suæ memor iocundæ, ad salutandam de more Virginem, a sociis disjunctus se cessisset, repente latro eripit a lateribus, qui præcanti monacho manibus iniectis, equum, resque omnes ademittit, vitam etiam hausturus, nisi Virginis misericordia imminens periculum depulisset. Iam latro letum interduerat, ut inermem occideret, cum puer fortensius intervenit, qui ex monachi ore prodentes centum rosas collegit, ex quibus contextam coronam cum suo capiti imposuisset, in coelum revolavit. Id ubi latro animadvertit, et homicida nefarius, ad præfecti sui pedes abiicit; et iis, quæ puer ille celestis egisset, sigillatim expositis, veniam postulavit: quin et excursor ipse eidem se et instituto, et coenobio libenter addixit, et reliquam vitæ partem equi sanctitate tradidit. Hæc ita Sylvanus Vincemala Mediolanensi casidico interprete: qui in huius libri proemio ingens se animi lucrum reportasse scribit ex peregrinatione Lauretana; sed si Dominicanis quibusdam Rosarii scriptoribus credimus, non unus tantum latro fuit, sed multi, et molitores facinoris, et mirabilia testes. Neque Carthusiano huic priori manens illata, ademptumve aliquid, procul venientem, quod est credibilis, explorant, sed eedentem a sociis observant, ubi pregarie bene inflexis cepisset, formosissimam adstipulente matronam, quæ ex monachi psallentis ore, tot albas rosas educeret, quot ille salutationes recitaret angelicæ, candidam ex denis quamque rubicundam una sequente, quæ Dominicanæ precationis index esset. Ex utrisque ab illa pulcherrima Virgine coronam esse contextam: ubi capiti imposuisset, subito esse dehlapsam. Latrones viso exterritos ad Priorem supplices adiecit, de Virgine illa percontantibus, nihil se scire dixisse. Tum a latronibus expositam ex ordine visionis historiam, infundisseque in omnium animis, Deiparam fuisse

coelestem, quæ suum viatorem defendere voluisset. Illo ex tempore Rosarium latronibus cordi esse coepisse, rapere, et occidere desisse. Hanc esse suspicior antiquam historiam nimis falsam, sed vestalitate variatam, ut scriptorum discrepantia demonstrat, ferique potest, ut hoc factum, et antiqua nimis rei verisimilis pictura Rosario nomen dederit, quod in Benedicti novum familia natum divus Dominicus, ut diximus, adoptavit.

§. XLIX.

Sorius in vita sancti Roberti primi Abbatis Molismensis, et Cisterciensis: Molismensis aedes a Roberto aedificata, Mariæ Virginis auspiciis, cuius patrona erat, multis, magnisque prodigiis in dies clarescebat. Ex quibus pauca quedam ad lectoris utilitatem, iucunditatemque narrabimus. Delectat enim utile dulci miscere, neque tamen Horatiana nobis puncta sunt tanti. Mulier quaedam obnoxia comitali morbo, gravi insuper inopia premebatur. Huic in mentem venit, Molismense templum adire, quod post Roberti obitum, nullo, quam antea, nobilitate, et celebris fama miraculorum, frequentiaque reddiderat. Igitur duobus filiis adhibitis, altero lactente, altero paulo grandiore, sese dedit itineri. Sole autem inclinate, ad quoddam pervenit coenobium, cuius monachi peregrinantes foeminas, vel quomodolibet ademptas, ex ipsis monasterii sinibus repellabant, quod ea esset a conditione lata lex, castitatis amator. Ita mulier iussa recedere, in deserto nemore pernoctavit: ibi divina providente manu ignem languescemtem et sopitis cineribus, quos offenderat, excitavit: cuius opportunitate, coeli, ac tenebrarum tulit intorias. Intempesta nocte, ecce ibi lupus intervenit, viso a pia matre, fronti crucis salutiferæ signum iuprimit, sequitur, et suos filios Deo, beatissimæ Virgini, sanctoque Roberto sollicita religione commendat. Paulo post, in festo illo morbo corripitur, qui et sensum eripit, et corpus ad terram affligit, ex quo a multis caducus appellatur; qua velut captata occasione, lupus rapti minore puerulo, sese fugae mandavit; ubi remisso morbo mulier, quasi a morte revocata, surrexit, infantem puerum, quem suo strugebat amplexu, requisivit: puero grandiore, qui unus restabat, easum nunciat, in maximum lectus incidit, atque inter plorandum has voces iterabat: redde mihi depositum, Maria benignissima, tu quoque restituere pater Molismensis. Hæc subinde vociferanti, delicta suæ feritatis oblitte, puerum sanum, salvumque restituit, inque pueruli, pusionis quoque dorso, dentium lupinorum impressa signa, miraculum, mirabilemque fidem ampliatum.

Alterâ mulier, negotiorum causa, foras egressa, puerum reliquit in cunis dormientem; cumque subito casta domus arderet, nullaque succurrerent remedia proficerent, diligentiam incendio sperante, mater verum, flammæque testis omnia comburentis, hæc gemens iterabat: esto clypeus a facie ignis devorantis, Do-

mina Molisimensis: advolat tandem ad incunabula, parens interque difficili aditu vel ipsos deflagrati fantuq; cineres loco magni muneris habiturus. Res mira, sed Mariam Deiparam appellantis consuetudo, repertus infans, flammis aridens, et emissis in cinerem reductis, in solum perualum flamma non saevit.

Tertia miranda historia est, et lector salubriter oblectanda. Nivernensis Domina, potens in primis, nobilisque matrona, monile perdiderat, gemmis, untonibusque distinctum: quod tamen diligentissime perquisitum invenire non poterat. Cum vero admonitu filiorum, quae in Molisimensi suo templo Deipara facit, in beatissimae Dei Matris, et Roberti fundatoris honorem cererem accendisset protiosum, illud monile reperit, seque gratam beneficentissimae Virgini continuo praestitit, quae et hominum fida custos esset, et rerum. Ego haec Virgo pia adeo, ut nescias an magis commendandam, quod in minimis subveniat, quam quod in arduis, et gravioribus optuletur.

Sylvanus Razzus (*de mirac. b. Virg. lib. pr. miracul. 12*). Fratrem Moreus Olyssiponensis (in suo *Chron. 3. part. lib. 5. cap. 3. et sequ.*), et Petrus Galetinus protonotarius Apostolicus de vita sancti Didaci: Didacus ille sapiens, et sanctus idiota, quem in coelium numerum Sixtus, hoc nomine quintus, relulit, unus fuit ex claris Deiparae amantibus, cuius in pervigiliis, sabbatisque omnibus, panis, et aquae ieiunium toleravit, et lampadis oleo, quae lampas in Virginis ara lucebat, quoscuque unxisset, sanabat aegrotos. Hispani in mulierem incidit vociferantem: nam furvus, ubi se eius quidam filius absconderat, a pistore prudenter incensus, non poterat non filio esse fuvesus. Haec mulier dolore insana, vocibus, et querelis omnia complebat. Didacus mulieris miserus, ei mandat, ut curriculo ad primarium templum eat, seque ante Dei Genitricis imaginem, cui erat Antiquae cognomen, gemebunda prostrat, fore, ut qua benignitate est, filio incensis lignis oppressae subveniat. Paret bona mulier, praescipitque perficit, sicque Dei admiranda, venerandaque Genitrix filium mulieris extraxit illaesus. Pervigilo tanto miraculo, crevit in Deiparam amor civitatis, et illi imagini, cui nomen erat Antiquae, praecipuus honor est habitus: ubi postea nulla sunt patrata miracula, nobilitandaque imaginis in urbe tam celebris. Didacus fuit, aut ex primis, aut primus interpres. Cuius ex Baticensis ad Calycos est propagata religio per Rodericum Castrensem Hispanis antistitem, et sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem, qui Collegii societatis Iesu, quod Nonfortii insigne constituit, templum ipsum nostrae omnium Dominae Antiquae titulo, et advocazione decoravit.

Non facbo, ait Bonifacius, de miraculis b. Virginis, quod euidam evenit, mirabile quidem, memoratuque dignissimum. Didici ex litteris, quas ad patrem Provinciale Monte maiorem pater Didacus Garcias, qui illo erat tempore Montfortensis Collegii rector, misit, quem ego testem plurimi facio. Historiam non alibi latinam fecimus, verbaque ipsa repetimus. Quidam ex nostris domesticis cum decisis negotiis, quorum causa erat a suo rectoris missus, domum rediret, in altum flumen devenit, quod sine lintre transmitti non solet, Syllu accolae vocant. Cumque cymbae gubernator abesset, ratus noster hic, famulo adiuvante, qui comites omnes erant itineris, cymbam se commode esse reclurum, flavio sese non magis caute, quam animose commisit: sed ubi ad medium ventum est amnem, ubi aquarum impetus vehementior erat, frater, et famulus, licet valide remum impellerent, tamen vortice aquarum instabilem cymbam rapiente, viciit, superatque cesserunt. Fratris nostri comes navigatione desperata, sese proiecit in flumen, beneque versit, quandoquidem paulo post feliciter enatavit: noster, ne, quod extremum videbatur esse remedium, nimis cito tentaret, in lintre remansit, quae praecipit ferebatur. Enimvero, cum se altae cuidam declivitali, quam efficit unda, praecipitans, duabus in immo gurgitem lanceis, vicinum videret esse, et aquae cadentis horrendo strepitu aures ipsae obsurdescerent, periculo altionis, se cruce signat, et clara voce pronunciat: Adsis mihi Virgo Maria, cui Antiquae cognomen: ita videlicet Dei matrem appellavit, quam sciebat nostri Collegii Montfortensis esse patronam, et templum in eius esse tutela ex fundatoris voluntate, eum Antiquae usitato, tum Hispani, tum aliis in locis cognomento. Etenim cardinalis Rodericus a Castro Deiparam sanctissimam praecipua quadam religione veneratus est. Semper igitur in gravissimo vitae discrimine fratri nostro hono artificii opitulatus est Christus, matre Virgine deprecante: nam per salutem illam, aquarum cymba illaeso vectore descendit, nec in scopulos impedit, qui et multi, et asperi aquam ex alto labentem resiliere cogebant, et spumosos fluctus resistendo frangebant. El cum longo iam spatio temporis fluvium ubique torrentem inter errabunda sulcaret, quassata, et fatiscens in imo fundo subsedit. Frater non ignarus omnium, quibus erat perfunctus, illud gravissimum esse periculum, Virginem, commuam advocatam invocare non desinit, alteraque manu strenue nataantis muli frenum premeas, altera remum nando, atque adnando, ad exoptatam ripam evasit incoluntis, non sine stupore mulorum, quia terra, ipsi, quem iuvare non poterant, miserati fausta, et felicia precabantur, et ancipitem nostri artificis inter mudas viam, Deo, cui nihil est arduum, commendabant. Virginis adauxit res tanta illis in terris pietatem, cuius se fama dilatavit. Cuius enim non miraretur, in tam longa iactatione, nam passuum sex millia per aquas emensa, nostrum sanum, et valentem suis esse fratris hunc restitutum? Ita Dei sanctissimae Genitricis igni in puero, aqua in nostro viro mirandae fuit sospitatis effectrix.

Non facbo, ait Bonifacius, de miraculis b. Virginis, quod euidam evenit, mirabile qui-

dem, memoratuque dignissimum. Didici ex litteris, quas ad patrem Provinciale Monte maiorem pater Didacus Garcias, qui illo erat tempore Montfortensis Collegii rector, misit, quem ego testem plurimi facio. Historiam non alibi latinam fecimus, verbaque ipsa repetimus. Quidam ex nostris domesticis cum decisis negotiis, quorum causa erat a suo rectoris missus, domum rediret, in altum flumen devenit, quod sine lintre transmitti non solet, Syllu accolae vocant. Cumque cymbae gubernator abesset, ratus noster hic, famulo adiuvante, qui comites omnes erant itineris, cymbam se commode esse reclurum, flavio sese non magis caute, quam animose commisit: sed ubi ad medium ventum est amnem, ubi aquarum impetus vehementior erat, frater, et famulus, licet valide remum impellerent, tamen vortice aquarum instabilem cymbam rapiente, viciit, superatque cesserunt. Fratris nostri comes navigatione desperata, sese proiecit in flumen, beneque versit, quandoquidem paulo post feliciter enatavit: noster, ne, quod extremum videbatur esse remedium, nimis cito tentaret, in lintre remansit, quae praecipit ferebatur. Enimvero, cum se altae cuidam declivitali, quam efficit unda, praecipitans, duabus in immo gurgitem lanceis, vicinum videret esse, et aquae cadentis horrendo strepitu aures ipsae obsurdescerent, periculo altionis, se cruce signat, et clara voce pronunciat: Adsis mihi Virgo Maria, cui Antiquae cognomen: ita videlicet Dei matrem appellavit, quam sciebat nostri Collegii Montfortensis esse patronam, et templum in eius esse tutela ex fundatoris voluntate, eum Antiquae usitato, tum Hispani, tum aliis in locis cognomento. Etenim cardinalis Rodericus a Castro Deiparam sanctissimam praecipua quadam religione veneratus est. Semper igitur in gravissimo vitae discrimine fratri nostro hono artificii opitulatus est Christus, matre Virgine deprecante: nam per salutem illam, aquarum cymba illaeso vectore descendit, nec in scopulos impedit, qui et multi, et asperi aquam ex alto labentem resiliere cogebant, et spumosos fluctus resistendo frangebant. El cum longo iam spatio temporis fluvium ubique torrentem inter errabunda sulcaret, quassata, et fatiscens in imo fundo subsedit. Frater non ignarus omnium, quibus erat perfunctus, illud gravissimum esse periculum, Virginem, commuam advocatam invocare non desinit, alteraque manu strenue nataantis muli frenum premeas, altera remum nando, atque adnando, ad exoptatam ripam evasit incoluntis, non sine stupore mulorum, quia terra, ipsi, quem iuvare non poterant, miserati fausta, et felicia precabantur, et ancipitem nostri artificis inter mudas viam, Deo, cui nihil est arduum, commendabant. Virginis adauxit res tanta illis in terris pietatem, cuius se fama dilatavit. Cuius enim non miraretur, in tam longa iactatione, nam passuum sex millia per aquas emensa, nostrum sanum, et valentem suis esse fratris hunc restitutum? Ita Dei sanctissimae Genitricis igni in puero, aqua in nostro viro mirandae fuit sospitatis effectrix.

sua, suaeque domus incoluntate. Quamobrem concionator iterum hortatus est illum, ut in devotione beatae Virginis totus esset, antiphonam illam saepius in die frequentans: ita enim futurum esse, ut inimici eius praevallere nulla ratione possent contra illum, qui iam fortem haberet patronam, et terribilem, ut castrorum aciem ordinatam. Pauci dies pertransierant, quando Mutius forte fortuna venerat iuxta quendam lacum, ibique substiterat, ut ferream fistulam concionaret, cui iam rolam extraxerat: oculos autem convertens, conspexit fratris sui inimicos amaro animo adversus ipsum properantes, et pedes velociter converentes ad effundendum sanguinem eius, conspiraverant enim, ut eum frucidarent; quos, ut vidit, ut fugeret manus eorum, ingressus est in navigium, quam iuxta litus paratam invenit. Dum autem remis cum impelleret, supradictam orationem: *Sub tuum praesidium confugimus*, coram beata Virgine, dicere non cessabat. Hostes autem in litore stantes, contra fugientem, plumbeas glandes a ferrea fistula, ignis vi emissas iaculabantur. Percussit plumbeus globus peram, quam Mutius gestabat: sensit ille ictum, sed quoniam plumbi laminam habebat in pera, ex qua globulos facere solebat, ictus non penetravit. Ipse autem eo fidentius in oratione perseverans, commendabat suam beatae Virgini salutem, et antiphonam ingenialiter: orabat ipse: ignea tela contra ipsum contorquebant illi: ipse pulsabat coelum, illi ferebant viscera eius. Mirabile dictu, ignei globuli crebris ictibus pallium, sagum, et subcubicula maucias ubique perforaverant, et tamen carnem eius tangere, aut aliquid modo laedere non poterant. Interim ipse remis cymbam propellens, ab oculis inimicorum longius recessit, et elapsus est, beata Virgine protegente; quoniam bona, quoniam pia, quoniam in saeculum gratiae, et misericordiae eius.

§. LII.

Idem auctor (*cod. libro capit. 79*): In Hispania in Cantabriae regno, in quadam civitate erat templum insigne Virgini Mariae Matri Iesu Christi dedicatum, in quo ipsa gratiarum divinarum indicentis fons innumerabiles gratias in usum mortaliu profundebat. Est in dicta ecclesia elegantissima beatae Virginis imago, anaglyphicum opus, ornata omni lapide pretioso, habens argenteas in pedibus crepidas pretiosissimas. Erat autem in regionibus illis viri quidam satis probus, et erga beatam Virginem devotus, qui in paupertate constitutus, et nihil habens in bonis, filios, filiasque suas, et reliquam domus suae familiae prae paupertate alere non poterat. Conservaverat hic frequenter ante praedictam imaginem orare, et omni studio seipsum, et familiam suam sanctissimae Virgini in coelis regnanti commendare; ostendebat esse ei, quae misericordiae mater est, quantae essent familiae suae necessitates, quantae essent ipsius Virginis gratiae, quibus plena semper fuit, semperque erit. Con-

figit autem quondam tempore, ut gravi necessitate premeretur, illa ut famulata sua pene fame periret. Cum autem non haberet, ad quem confugeret, cum illa tam, quae est adiutrix inopum, et refugium pauperum. Venit tunc in dictam ecclesiam, et genua flexis ante dictam imaginem, fidenti animo, humili oratione, coelestem Regnam obsecravit, ut miserere oculos ad ipsam converteret, et miserere familiae suae, in extrema inopia constitutae; neque pateretur, aut fame omnes mori, aut filias suas necessitate compulsas corporis pudicitiam quaestui exponere, eodemque tempore honoris, et animae iacturam facere. Cum sic orasset, videt, ecce, imaginem illam alterum extendere pedem, et crepidam argenteam proficere in terram ante faciem ipsius, gestibusque blandis invitare eum, ut argenteam acciperet, venderet, et de pretio esurientem familiam suscitaret. Accepit ille magnificum munus libens, et gratias agens, profectus est ad aurificem, ut venderet eam; sed artifex credo credens, hominem illam argenteam crepidam sacrilega manu suffuratum fuisse, rem ad iudicem delatit, cuius mandato captus pauper, et in carcerem coniectus, et interrogatus, cum innocentiam suam probare non posset, condemnatus est, ut more latronum vitam suspendio terminaret. Cumque duceretur ad carniciniam, et per viam, ubi beatae Virginis manebat ecclesia, in qua crepidam furatus crederetur, lacrymans, rogavit milites ducentes illum; ut saltem permitterent ei, ut in hac hora mortis suae, ingrediens ecclesiam, oraret aliquantulum ante Virginis imaginem; quod eum et concessum fuisse, ante imaginem prostratus; et lacrymis rigans pavimentum; haec oravit audiente turba: o Dei Mater, ecce, ut vides, deor ad mortem opprobrio plenam propter amorem erga me tuum, propter amorem erga te meum: dum enim in te speramus, et te diligimus, necessitates meas tibi notas facio, et tu mei miserans, mihi compatens, denudasti pedem tuum, ut meam tegeas nuditatem; en morior, et quod largita es ad vitam, operatur ad mortem; sed nunc, Virgo potentissima, accinge te, et defende me, ostende tuam potentiam, et meam innocentiam, eripe animam meam de manu angustiae, quoniam circumdederunt me dolores mortis, et non est, qui adiuvet, tibi derelictus est pauper, misero tu eris adiutrix; ne ergo confusas me ab expectatione mea: Dum haec miserabilis viri in conspectu aslantibus turbae loqueretur, ecce iterum imago illa Virginis alterum pedem ad tradendam alteram argenteam crepidam exporrexit, quae cecidit ante pauperem virum, ut oblatio secundo munere, primum confirmaretur, et ex nova, et evidenti beneficentia patris hominis omnibus appareret innocentia. Sed populus, qui convenerat, et viderat prodigium magnam, incepit acclamare, ut liberaretur, et a militibus ad gubernatorem deductus, liberatus fuit: Civitatis vero illius communitas haec audiens, et admirans, quod factum fuerat, nubes pauperis filias dolavit, et nuptui tradidit, certumque proventum pauperi constituit, ut reliquam familiam alere pos-

set, et viveret. Verum ipse tam excellentis gratiae memor, omnibus diebus vitae suae propter b. Virginis amorem illi ecclesiae deservire voluit. Referebat haec sacerdos Hispanus, ob probitatem suam fide dignus, qui assererat, se miraculum vidisse: erat enim ex illa civitate oriundus, ubi miraculum factum est.

§. LIII. *De amara meretricum*
 Idem *(cod. libro cap. 80)*: Quaedam mulier satis formosa vitam meretriciam in urbe vivebat, quae cum singulis diebus peccare non vereretur, sabbati tamen diem propter beatam Virginis amorem nunquam se violatam fornicando proposuerat; quod cum diu invariabiliter observasset, et multis procaeciter sollicitantibus semper constantius resistisset, b. Virgo misericordiae mater, inter media mulieris peccata illius, qualemcumque animi devotionem non contempsit, sed illi odium peccandi a Deo impetravit. Unde mulier, ut nec sabbato, nec aliquo die peccare posset, monasterium Conversarum meretricum ingredi deliberavit, et cum doleat, quae monasterio dari ab ingredientibus consueverat, non haberet, ingressum retardabat. Interim ingreditur ad eam vir natione Anglus, qui eam illam rogaret, ut libidini eius obsequeretur, et esset sabbati dies, negavit illa, se unquam die illa peccaturam; imo se, ut nullo tempore Deum offenderet, consituisse religiosam vitam in monasterio Conversarum acturam; sed plurimum tristari, id se quam primum facere non posse, cum satis dotis non haberet. Quod cum ille audivisset, quanquam libidine fervens, pietate motus, mulieris animum laudans, spondidit, sese quicquid ei deesset, libenter daturum, si prosequeretur adimplere vellet. Accepit illa viri fidem, et obtinens ab eo aures quoliquot habebat necessarios, religionis habitum, et professionem suscepit anno millesimo sexcentesimo primo in mense Iunii. Mirum est, quantum peccatoribus suffragentur aliquae devotiones in Virginis honorem factae.

§. LIV. *De rebus mirabilibus*
 Idem *(cod. libro n. 80)* refert ex Tursell. *(lib. 3. histor. capit. 18)*, haec quae sequuntur: Non est, qui se abscondat a calore gratiarum Virginis huius: undique enim fluit, ita ut nec barbari ipsi beatae Virginis opis expertes fuerint. Corcutas Turcarum praetor, Bassam ipsi vocant, anno 1552. Constantinopoli cum esset, ex gravi, oculoque pectoris apostemate ad extremum venerat vitae discrimen: apud eum servitum sorviebat quidam Christianus, vir bonus, ac pius, qui domini periculum suae libertatis occasione ratus, praetorem adit moribundum, et de beatae Mariae Laurentiae mirabili vi in morbis cuiusque generis depellendis edoctum, bonae implet spei. Igitur haud

agere cum impulit, ut scenam Lauretanam Virginem invocaret, rovens, si morbum depulisset, se in eius gratiam illi servo libertatem daturum. Nec servus dominum, nec Maria piam servum fefellit; protinus duplo apostemate, praetor sanatur, et extitit ab eo quoque fides. Extemplo servum illum libertate donatum cum literis, ac muneribus Laurentum ad Virginem destinavit. Munera fuerunt mantile egregio opere, ingentes cerei, argenti vis non parva, arcus, et pharetra praecleara, cum sagittis; non tam pretio, quam donorum novitate, donantisque admiratione grata, et accepta. Erat illa tempestate Laurenti Praeses, Gaspar Doctus Venetus: is ceteris donis super aram positis, arcum, pharetramque suspendi in sacrosanctae Cellae vestibulo iussit. Rei ad posteros monumentum attulerit is quae dixi, Bassae libertus, miraculi testimonium, chirographum patroni sui; quod Gaspar ex Arabico in vernaculam linguam conversum, ad posteritatis memoriam assertari voluit. Id autem latine verum erat huiusmodi: Quod bonum fortunatumque nobis esse vellet magnus, ac misericors mundi Dominus, cum mihi ipsi divinitus quiddam evenerit, ego Corcut Bassa, ne meo desim officio, tantaque rei momentum aliquod posteris extulit, rem omnem ordine ponam: ortum erat atrox apostema nobis in pectore, iamque haud dubium imminerebat exitium, cum desperata a medicis salute, meus me servus adit, et sane fidenter: si mihi libertatem polliceris, inquit, Dei mei Matrem exorabo, ut pristinum tibi restituit valetudinem. Itaque ego confestim, accessio tabellione, libertatem ei repromisi, si ipse promissa praestaret. Extemplo servus posuens humi genibus, et quadam super se signa dicens manu, rogavit, ut semet verbo praentem sequar; inde ipse praetere his verbis coepit: Ego beatae Mariae Laurentiae opem imploro: Momenti obsecutus, triduo post Deo favente, convalesci, et servo in libertatem vindicato, hoc chirographum dedi cum votivis donis, quae meae observantiae, gratique animi monumenta sint, beatae Mariae praepotentis Dei, qui nos salvos velit.

§. LV. *De rebus mirabilibus*
 Idem *(cod. libro n. 80)* refert ex Tursell. *(lib. 3. histor. capit. 18)*, haec quae sequuntur: Non est, qui se abscondat a calore gratiarum Virginis huius: undique enim fluit, ita ut nec barbari ipsi beatae Virginis opis expertes fuerint. Corcutas Turcarum praetor, Bassam ipsi vocant, anno 1552. Constantinopoli cum esset, ex gravi, oculoque pectoris apostemate ad extremum venerat vitae discrimen: apud eum servitum sorviebat quidam Christianus, vir bonus, ac pius, qui domini periculum suae libertatis occasione ratus, praetorem adit moribundum, et de beatae Mariae Laurentiae mirabili vi in morbis cuiusque generis depellendis edoctum, bonae implet spei. Igitur haud

agere cum impulit, ut scenam Lauretanam Virginem invocaret, rovens, si morbum depulisset, se in eius gratiam illi servo libertatem daturum. Nec servus dominum, nec Maria piam servum fefellit; protinus duplo apostemate, praetor sanatur, et extitit ab eo quoque fides. Extemplo servum illum libertate donatum cum literis, ac muneribus Laurentum ad Virginem destinavit. Munera fuerunt mantile egregio opere, ingentes cerei, argenti vis non parva, arcus, et pharetra praecleara, cum sagittis; non tam pretio, quam donorum novitate, donantisque admiratione grata, et accepta. Erat illa tempestate Laurenti Praeses, Gaspar Doctus Venetus: is ceteris donis super aram positis, arcum, pharetramque suspendi in sacrosanctae Cellae vestibulo iussit. Rei ad posteros monumentum attulerit is quae dixi, Bassae libertus, miraculi testimonium, chirographum patroni sui; quod Gaspar ex Arabico in vernaculam linguam conversum, ad posteritatis memoriam assertari voluit. Id autem latine verum erat huiusmodi: Quod bonum fortunatumque nobis esse vellet magnus, ac misericors mundi Dominus, cum mihi ipsi divinitus quiddam evenerit, ego Corcut Bassa, ne meo desim officio, tantaque rei momentum aliquod posteris extulit, rem omnem ordine ponam: ortum erat atrox apostema nobis in pectore, iamque haud dubium imminerebat exitium, cum desperata a medicis salute, meus me servus adit, et sane fidenter: si mihi libertatem polliceris, inquit, Dei mei Matrem exorabo, ut pristinum tibi restituit valetudinem. Itaque ego confestim, accessio tabellione, libertatem ei repromisi, si ipse promissa praestaret. Extemplo servus posuens humi genibus, et quadam super se signa dicens manu, rogavit, ut semet verbo praentem sequar; inde ipse praetere his verbis coepit: Ego beatae Mariae Laurentiae opem imploro: Momenti obsecutus, triduo post Deo favente, convalesci, et servo in libertatem vindicato, hoc chirographum dedi cum votivis donis, quae meae observantiae, gratique animi monumenta sint, beatae Mariae praepotentis Dei, qui nos salvos velit.

tionibus trahuntur. Interim tamen logicae, philosophiae, et medicinae operam dedit, in qua tanta attentione, et animi curiositate se habebat, quantum habere potest animi inquietas, sicut anima eius erat. Huiusmodi autem curiositas discendi fuit sibi multorum malorum occasio: quapropter et Lusitania discens, ad famosissimum Parisiorum Academiam proficisci decrevit. Daemon hanc occasionem accepit, ut invenire hunc funditus perderet, persuasique ei, ut necromantiae artem addiceret, quae eo tempore, sicut ferebatur, Toleti in obscura quadam, et secreta spelunca docebatur. Cumque animo suo magna evolveret, arbitrareturque hac via posse se consequi multa quae animo suo arderent; daemon, qui huiusmodi phantasias suggererat, apparuit ei in via in similitudinem viatoris, et post multos sermones, tanta et familiaritate coniunctus est, ut juvenis non timeret ei enarrare animi sui cogitationes, aeque proficisci Parisios, ut egregius medicus evaderet; quae cum audivisset daemon, allam scientiam, inquit, tibi proficuum, atque perutile indicabo, quam si didiceris, futurum est ut animos omnium ad te diligendum convertas; atque etiam opes, ac facultates aliorum acquiras, et indulgere voluptatibus possis, quoque toto mundus habet. Cum enim juvenis sis, atque nobilis, nunc tempus est, ut vitae genus suscipias periculandum, ex quo gloria, et honorem in mundo recipias, id quod medicinae operam dando, et curis aegrotorum incumbens, consequi non poteris. Idque eo libentius facere debes, quo si scientiam, de qua tibi loquor, didiceris, non solum habebis, quod a me tibi dictum est, sed arcana medicinae admiranda intelliges; haec autem est necromantia; quae, praeterquam quod maiorem fructum affert, facilius etiam adiscitur. Juvenis ea, quae a simulato comite dicebantur, multa animi sui voluptate audivit, tanquam ille, qui cum minus cogitaret, visus est sibi ipsi ultro offerri, quod tantopere desiderabat. Igitur ambo iter arripuerunt, ut ad eum locum pervenirent, ubi illa ars docebatur. Cumque Toletum appropinquarent, obviam habuerunt ministros quosdam, hominum spes ex inferno profectos, qui expectabant eum; a quibus benigne, et laeto vultu excepti sunt multis amicitiae significationibus. Deinde secreta sollicitudine, juvenem ad antrum quoddam perduxerunt, ubi facultas haec diabolica docebatur; in quam cum ingressi fuissent, audivit juvenis, quas condiciones observare deberent quinque admitterentur ad magna illa arcana perdiscenda. Prima autem erat, ut relicta lege divina, subiceretur penitus imperio, et dominio docentis daemones, qui scientiae illius ordinarius dicit magister. Secunda autem erat, ut si dem enegaret, et baptisma. Tertia, ut chirographum scriberet atramento sanguinis sui, in quo daemones se inseriturum polliceretur. Juvenis, qui nihil cogitabat, nisi quod volebat, et duce senitu res agebat, factus fuerat suorum affectuum, et voluptatum infelix mancipium, propter infanda vitia sua a Deo derelictus, et datus in reprobum sensum, consensit omnibus, quae dice-

bantur: scripsit proprio sanguine chirographum, seque in potestatem daemones dedit; sed Deus, qui ex terra feculentia novit extrahere thesauros, in perditissimo lavene ostendit misericordias suas; ne corripisset eum, ut ultionem exercens in media peccatorum colluvie, sicut contra alios ex sociis eius fecerat, quos dum relinquere, morti tradidit, sed mores eius sustinuit usque ad praefinitum tempus. Exactis illis annis, iterum cogitavit Parisios proficisci, ut ibi Doctoratus lauream susciperet in facultate medicinae, quod postea, relicta diabolica schola, executus est. Contigit autem, ut medicinae, et necromantiae arte functus, brevi temporis spatio famosus evaderet, vivebatque interim secundum cordis sui concupiscentias. Camque hoc modo in hac miseria perseveraret, Deus de caelo prospexit; et sicut moris est eius, misericordia motus, ex inextricabilibus laqueis eum erare voluit. Res autem hoc modo gesta est. Quadam die cum solus domi suae in bibliotheca sua permaneret. apparuit ei fortissimus eques, et ferax, aspectuque terribilis, qui super equum ferum sedens, lanceam, quam in manu gestabat, contra eum convertit, ut eum percuteret; terribili voce insurrexit in eum, dicens: muta seeste, muta seeste mores. Hoc viso spectro, Egidius obriguit, et perterrefactus est; sed, ut qui erat inlixus in vitiorum profundo, et ebrius in iniquitatibus suis, propriisque involutam peccatis, paulo post ab animo eius timor ille discessit, non considerans, quid terribilis illa admonitio perferret: quousque tribus diebus praeteritis, eodem loco, et modo apparuit ei terrendus ille eques, qui sibi prius apparuerat magis indignatus, quam prius, qui furore plenus, eadem verba profatus est: seeste, muta seeste statum tuum, muta vitam tuam: cui Egidius terribus, erravi, inquit, tibi Domine non obtemperavi, cum me prius admonuisses: nunc faciam, quod iubes. Tunc eques illa lancea pectus eius percussit, non ut feriret, et occideret, sed ut sanaret, et vitam daret: illius enim ictus virtus pervenit ad cor eius, tanquam virtute eum commulavit, ut amplius non esset, qui fuerat, deinde eques amplius non apparuit. Invenis nullam moram traxit, ut responderet supremae vocationi; et quamquam tunc quartana febre laboraret, Lusitaniam versus profectus est, ut in aliqua religione se constitueret, ubi peccatorum suorum poenitentiam agere posset. Cum autem ulteriore Hesperiam perambulasset, vespere pervenit Palentiam: forte fortuna audivit in hac civitate fabricari monasterium Fratris novi Ordinis Praedicatorum, quapropter, propter famam sanctitatis, quae de illis Patribus ubique percrebuerat, priusquam ulterius progrediretur, patres illos visitare decrevit, quos occupatos, et fractos laboribus aedificationis invenit: vidensque illos portare lateres, et calcem, ligna, et ferramenta pro fabrica construenda, ac si in merce conducti essent, Ordinem illum adamavit, persuasus praecipue tantae humilitatis exemplo: sequenti die allocutus est monasterii priorem, cui etiam peccata sua confessus est: petiitque ab eis, ut religionis

habitu sibi impertirent, qui magna promptitudine ab illis Patribus sibi concessus est; remisitque famulos suos in Lusitaniam, scribens ad patrem suum epistolam, certiorumque eum monasterio totam annuum novitiam sui, fuitque mirificus profectus, qui miserante Deo, ab illo in morum disciplina factus est; nam religionis austeritas maxime tunc temporis in eo loco florebat: omnes enim laborabant manibus die, nocteque, sibi in audiendis confessionibus, alii in verbo Dei disseminando, omnesque orationibus, aliisque spiritualibus exercitiis operam dabant: non comedebant praeterquam panem, atque herbarum ferculum, absque aliquo condimento; nihilominus tamen inveniunt tantam corporis sanitatem obtinuit, et corde ita erat alacer, ac si omnibus mundi voluptatibus, atque deliciis potius fuisset. A principio autem, cum in vita delicata entritus fuisset, in omnium rerum opulentia, magnas difficultates, et tentationes sustinuit, quas ipse confessorio suo revelavit, et consolationem suscepit, semper Dominum rogans, ut ei vires praerberet, ut provinciam suscepam ad finem adducere posset. Erat ipse natura sua hilaris, et sociabilis, multumque diligebat loca, et nugas, quae, sicut semper cordibus magnam spiritus ariditatem impertunt, ita ut plurimum animis sunt riuarum causa, quorum alimentum in vita spirituali est devotio in Deum, recessus a mundo, silentium, solitudo, cum oratione meditatio, sine quibus spiritus devotionem maiorem non habebunt, quam habet aridum lignum. Adhuc ille fragilitatem suam iterum promittens, se facturum, quod prius spondiderat, accendensque animum ad certamen, ut pravam naturam virtuti subderet. Quapropter, favore divino, tantam concupiscentiarum, a quibus impugnabatur, moderationem obtinuit, pacemque cordis, et spiritus quietem adeptus est, ut nihil magis eum delectaret, quam silentium, solitudo, clausura, et quicquid denique prius naturae eius adversabatur, ad tantamque perfectionem pervenit, ut frater Umbertus generalis totius Ordinis Minister, qui multo tempore cum illo cohabitaverat, assereret, ex ore Egidii verbum inordinatum exire se nunquam audivisse: semper enim colloquebatur, ut afflictam alicuius animam consolaretur, aut, ut magna Dei enarraret, aut profunda humilitate taceret; et quamquam esset excellentissimus medicus, non tamen aegritudinibus suis remedia sibi componebat, sed in omnibus obtemperabat illi, qui sui curam gerebat, quamquam animadverteret aliquando, parum esse sibi utilia, quae iungebantur. Quocirca magis magisque de die in diem proficundo, progrediebatur, et in sanctis exercitiis perseverabat: addebat orationi orationem, humilitati humilitatem, silentium silentio, et poenitentiam poenitentiae, nulli rei parcens, quae rigida, et austera esset: ferream catenam circa carnes gerebat, quae usque hodie in monasterio, ubi sepultus est, in testimonium virtutis eius, conservatur. Ceterum extremo dolore conficiebatur propter chirographum illud, in quo seipsum diabolo devoverat in illa spe-

lunca, in qua exitialem artem didicerat. Quapropter se flebilis macerabat, et meditabatur, qua ratione ex diaboli manibus apocham suam, suo sanguine scriptam, eripere posset. Millies orabat, et suspiriis aehelantibus petebat a Deo, ut concederet sibi petitionem cordis sui. Contulit se ad orandum Virginem beatam, terribilem diabolo, afflictorumque consolatricem, provolvebat sese ad pedes eius, pronuciabat lamenta poenitentiae, et fleus ante ipsam, rogabat enixe, ut intercederet apud omnipotentem Filium, cui parent omnia, cui genuflectuntur inferorum genna, et nutu perterrefacit tartara, pro apocha recuperanda; ne forsam contra ipsum produceret. Quadam die in loco quodam monasterii sui, ubi erat capella quaedam, ab ea parte, in qua campanarum fuses pendeant, devotissime orabat, cum nequitiarum principis mugiens, et ululans, et formidabilis sonitu aera verberans, visibiliter apparuit illi, et nefandis verbis, et ignominia plenis eum compellens, vocat ipsum proditorum, mendacem, apostatam, et perfidum, et foedifragum, et secreta documenta, quibus eum instruxerat, et gloriae opinionem, quam per illa apud homines acquisierat, vocat ipsum voluptuosam vitam, et deliciis plenam, quam illi procuraverat, obicit, conqueriturque, se ad restituendum, quod suum est, cogi, deinde minas intendit in gentes, et maledicens eum, evanuit; et statim apocha illa per aera volitare visa est, desiderare in terram; quam cum arripisset, coram Deo, et beata Virgine prolatus, parim propter memoriam commissi sceleris dolens, partim propter eripitum ex manibus daemones apocham, alacer, et prae gaudio plorans, gratias ingentes optimo Deo, et sanctissimae Virgini agit de recepto beneficio, quoniam eripisset eum de inimicis eius, et de manu omnium, qui oderant eum. Ut hinc appareret, quam detestabile sit per maleficas artes quaerere ab inimico daemone, omnium malorum auctore, provenire sibi bona, et recedere a Deo suo, a quo solo omne datum optimum, et omne donum perfectum cum magna plenitudine in mortales descendit.

S. LVI.

Hieronymus Taxius ex familia Praedicatorum theologiae magister (in lib. de Rosariis): Zamorensis quidam iuvenis, et genere, et doctrina clarus, et sacrae Scripturae intelligens, cum Dominicanos Patres de sacro beatae Dei parentis Rosarii magnifica praedicantes audisset, ex invidiis unus esse voluit, et in sodalium adlectus numerum, almae Matri precesiones ex saeculo illo funiculo quotidianas, stasque persolvit. Anno autem Domini 1530, in Italiam navigans, captus est a praedonibus Algeriumque perductus, Enobarbo archypiratae triennio servivit: quo tempore Rosarii consueti neque memoriam deposuit, neque usum intermisit: nam captivus, et servus, operisque distentus, eandem in recitando, quam solutus et liber,

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. III.

diligentiam adhibuit; haud ignarus non modo ad animi salutem, sed ad corporis etiam libertatem, illud iter esse directum: nam suorum tentatis, et indignitate concius, de pecuniaria redemptione diffidebat, maxime cum rex ille barbarus pro libertate immane pretium exigeret, cui solvendo fortunae paternae non essent. Igitur humanis opibus desperatis, Virgineum numen implorat, liberationemque a communi Christianorum parente deposcit, non tam vitae suavioris desiderio, quam verae salutis studio; metuebat enim, ne vel minis, vel promissis christianam fidem evitare cogereetur, adeo ut servituti intolerandos labores parvi duceret pro illo dolore, quem ex sui animi statu capiebat: nam, ut scite Tullius, aliud est laborare, aliud dolere. Cum opera ferebat, agros colebat, humi cubabat, vigilabat, ac vix saturandae fami cibaria fragmenta suppeditabant, tum se laborare arbitrabatur, ac corpore tantum defatigari; cum vero inter Mahometanos, et Christiani nominis hostes acerrimos se versari mernerat, et fidei causam laedi posse videbat, semperinaeque salutis imminere dicebant, apud animum cogitabat, tum dolor infortis cor adolescentis cruciabat. Quomobrem suorum Christianorum desiderabat terras, et quo liberis Filio, Matrueque serviret, ac periclitando religionis metam deponebat, ex perfida Africa ad fidelem Europae partem, Hispaniam redire cupiebat. Itaque consilio cum quodam altero captivo, quem diligebat, communicato, et in eandem adducto sententiam, de fuga consentiunt, compedes dissecant, ac se in vitam illam dare decernunt, qua ad novae Numidae urbem itur, quae Bagia hodie dicitur, Neptuniae aras vocavit antiquitas; nullus panis, nulla cibaria, quod devium, tortuosumque iter faciendum fuit, ut se persequentes fallere possent: herbis famem, sitim aqua pellebant, latitare luce, nec se loco movere, in tenebris ambulare, ac progredi, et ad regna Christiana cursu contendere. Rex barbarus interea fremere, vias omnes obsidendas curare, missis mille cursoribus persequi fugientes; sed nihil est tamen effectum, suos viatores Virgine defendente. Quin et eisdem opae, ac praesidio, quam frequenter appellabant, praelatis manu Rosariis, duos navigabiles fluvios nando transmiserunt. Ventum est denique ad urbem, quae Bagia, et diximus, vulgari nomine compellatur, quae a nostris illa tenebatur aetate. Ibi a fuga trepida, et sollicita, maximsque laboribus itineris recreati, quid inter Christianos, et Mahometanos interesset, intelligunt, reque ipsa consciscunt, seque ex Maurorum servitate ereptos, Rosarii beneficio, testificari multorum animos salutaris illius praecationis, quae peculiaribus globulis efficitur, religiose compleverunt; ipseque adolescens Zamosae natus, ut diximus, in laudem benemeritae Virginis opus exornavit, quod Hieronymo Taxio facti huius historico, et alii eiusdem familiae viris perdoctis recitavit. Gesta haec tanta res est anno 34, supra sexquimillesimum.

§. LVII.

Edinerus Anglus (in vit. s. Anselm.), cuius domesticus fuit ipse Edinerus (lib 2): Guilielmo Angliae regi iniquissima cum d. Anselmo discordia fuit: hoc, pro Ecclesia propugnante, et Ecclesiae iura violante. Quare Anselmo pacis causa ex Angliae finibus excedendum fuit: ita tamen, ut discedens, iniuriose regi bene precaretur, ipseque Princeps, ceteroquin superbus, atque impius, abeuntis Anselmi salutationem extremam libenter acciperet, seque et a s. Viro, cui erat inimicus, manu signari, et suis rebus benedicti non gravaretur. In Gallia, et in Italia, quas duas in exilio provincias peragravit, pro eo, ac meritis erat, et a principibus, et a Romano Pontifice tractabatur. Cumque illo ipso tempore Rogerius Apuliae regulus urbem Capuam obsideret, Anselmi fama permotus, sanctum Archiepiscopum ad se precibus accersivit. Fecit, quod rogabatur, Anselmus homo levissimus, et valde officiosus, multosque dies Rogerii non modo hospes fuit, sed consiliarius etiam, et salubris adhortator. Sacra quaedam aedicula deserta, et infrequens Anselmo, et sociis a Rogerio datur, ubi remotus a turba, et tumultu perstrepenis exercitus quietus habitavit. Aderat Edinerus, qui haec literis mandavit, testis oculatus. Quadam nocte sociis, ministrisque dormientibus, Anselmum vel necessitas coegit exire, vel voluntas invitavit liberius coeli suspectu, qui mentem ad alta convertit, lentoque pede, ne suos excitaret, perrexit ad ostium; cumque egressus, fossae profundae immemor, ad destinatum locum properaret, in barathrum decidit, altissimamque voragine, in ipsaque ruina sanctissimam Deiparam, quam amabat, et scriptis ornarat, contentione maxima vocis appellavit. Contubernales accurrunt, adest ipse, quem dixi, individuus comes, Edinerus, Anselmum accensis luminibus in depressam altitudinem demersum vidit. Omnibus animus praec horrore, et stupore defecit. Id Anselmus animadvertens, nihil se mali accepisse elamat, homoque esse amicos animo iubet. Haec voce recedat descendunt, qua parte ad praecipitium aliquis se aditus ostendebat, suorumque manibus sanctus praesul, valens, et sensus extrahitur. Intra Anselmo illatas rex impius Uvillhelmus non tulit importune: cum enim veneratini intentus, feras caplares avidus, sagitta in cora percutitur, quae eum, nulla interposita mora, necavit: repentinae, ac dirae mortis accepto hoc nuncio, acerbissime flevit Anselmus, Davidis exemplo, qui sui vexatoris Absalonis miserabilem interitum tristissime deploravit.

§. LVIII.

Nicephorus Calixtus (histor. lib. 15. cap. 25. et 26): Constantinopolitana suburbia, pratorum, et florum viriditate peramoena fuerunt, illa praesertim, quae ad auream urbis portam respectabant: ab specie camporum illa fortasse

dietam, qui se porta illa egressis offerebant. Augebat voluptatem fons uberrimus, qui locum variis arboribus, et planis praecipua consilium irrigabat; sed iniuria temporis fontem terra aggesta conclusit, et aquae meatus ita obturavit, ut salutaris undae nihil prorsus afflueret. Tantum in humo venae latentis vestigium apparebat, quin et ipsa arborum densitas fons aditum observavit. Haec loca cum Graecus ille Leo, qui Sapientis esse cognomen adeptus, animi relaxandi gratia solus, ac tacitus peragraret, in hominem incidit, oculis captum, ac viae prorsus ignarum. Hunc se itineris ducem Leo praebet, homo comis, et plane misericors. Confecto viae aliquanto spatio caecus sistris se dicit, ac misere deflagari, Leonemque rogat, ut vel umbram quaerit desiderari levamentum, silisque solatium. Leo sylvam, nemusque perlustrat, fontem sollicite quaerit, humorisque indicia secutus, laticem pervestigat, ubi nihil invenit; ad coecum, quem sub arboris umbra reliquerat, moestus redit, ac tristis. Hic coelitus audita vox est, aquam in propinquo esse confestans. Quare fontem denovo vir bonus Leo officiosus inquiri. Quo minus invenit, arborum oppositis, et coeni profundioris interiecta moles obsistit. Desperantem vox iterum audita confirmat. Leo imperator densum istum, et umbrosam locum ingressus, turbidam aquam haurit, ea aegri hominis sitim recreato, coenam cum delinatum in manus sumit, coeci coecos oculos inungas, factio: quae vero ipsa sim prope diem cognosces, et loci istius, et amplius possessor imperii, quin et aedem mihi ibidem consecrabis, in qua verser, immeror, habilem, et me invocantibus postulata concedam. Nihil est enim, quod meae potestati queat obsistere, velit, nolit. Cessatus est daemon, et morbus suapte natura insanabilis, me volente, curabitur. Leo, verborum omnium memor, coenam eduxit, aquam hausit, utrumque reportat ad coecum, parum, aut nihil de remedio laborantem: nam prope iacebat exanimis, et mortis valde vicinus, adeo sitis spiritum hauserat, aut mentem saeva confuderat, et cum faucibus aridam infudisset, et oculo luto illinisset, depulsa caecitas est, et vita restituta, quam pene videbatur amississe. Non multo post Leo et pius, et sapiens ex Virginis praedicatione ad imperiale fastigium evehctus, tanti huius miraculi loco repurgato, fons venam aperuit, atque inibi templum praegrando construxit, cuius ea forma, descriptioque fuit, ut media operis pars et terra emiueret, tantumdem sub terra lateret, quadranguli figuram moles loto conformabat, latitudinem longitudo vincebat. Fabrica luminosa fuit, fonsque ipse in medio templo, intronmissa per crebra specularia luce, mirabiliter effulgebat. Tholus in alta, et rotunda testudine sublimis pendebat, cuius tanta erat, tum claritas, tum pulchritudo, ut fulguranti coelo similis esse videretur. Gradus etiam quosdam architectandos Leo curavit Augustus, per quos descenderetur ad fontem; ex quibus alii quadrati erant, alii semicirculi figuram referebant. Aditi sunt marmorei cancelli, quibus homines

sive ascendunt, sive descendunt, niterentur. Fons ipse aquae perennis perlucidae, atque iam frigidae, ut geliditas nunquam offenderet, apposita phyla concava, per quam aqua fundebatur more canalium, aderat labrum aquantibus opportunum. Habita etiam ratio est illius limi salutaris, cuniculusque sub terram actus, in omnem aedem pertinebat. Patiebant superius duo cava foramina, unde lustrale lulum vasculo in modum cochlearis concavo, ad multorum medicinam trahebatur: aquae mira temperies, ut diximus, et admiranda communitas: talis enim cuique erat, qualem quisque voluisset, ut, Nicephoro teste, decantatum illud manna imitari videretur. Res quasvis adversas, atque contrarias haec aqua curabat: nam morbosa frigida radice fons hic frigidus depellebat. Igitur Constantinopolis Deiparam salutis effluente ad hunc fontem veniens, agnoscebat, et Sylicam paludem se habere gloriabatur. Ex aedibus autem sacris, quas Leo Augustus erexit, haec tenet principalium. Hinc splendore proximo accessit, quam ad eiusdem Mariae Virginis laudem idem Leo huius nominis primus excitavit, ut in ea Deiparae vestem reponeret, Hierosolymis allatam, quam innumerabilia signa coelitus decorantur; de cuius vestis inventione pulchram Nicephorus narrat historiam; habet eandem Metaphrastes; numerat haec aedificia Procopius, et virginale Leonis cum fonte basilicam ceteris omnibus anteposit. Felix hic Leo fuisset omnino, si Zenonem, Imperii pestem, non generum adoptasset, de quo tamen quiddam narrat Sophronius, quod ad historiam facit virginalem. Eripuerat quidam matronae filiam haereticus Zeno libidini satandae, quae in divae Matris templum assidue veniebat, et cum lacrymis Dei Genitricem illis verbis obsecrabat: viodica me de Zenone imperatore, non tulit iniurias, quas poenis luit, et luet sempiternis.

§. LIX.

Sophronius Hierosolymitanus Episcopus in Concilio Nicaeum secundum (Act. 4) hanc agnoscit historiam, Damascenus de imaginibus, menologia orientalis Ecclesiae, occidentalis martyrologia: Aegyptiaca illa Maria, cuius in vulgus cognomen est notum, plurimos annos libidini, impudicitiaeque servivit, rebusque usa veneris, turpitudinis fraena laxavit: sed qui ad Magdalenam respexit, huius etiam misertus est Deus; quo adiutore, peregrinationem ad sacram Solymoram urbem suscepit, quam toto ex ore Christiani propter nostri liberatoris, ac vindicis mortem, crucem, et sepul-

turam, piis et votis, et itineribus frequentabant. Ibat quidem impudica meretrix scotandi animo, ac sese multis in urbe celeberrima pervulgandi; Dei tamen infinita bonitas meliora, salubrioraque providit. Adita iam Hierosolyma, cum in religiosissimum Christianorum illud templum vellet intrare, virtuosus lenociniis captus, auro, argenteoque, et virtutum thesauro longe peritiosiore privatura, perspiceret, pedem frustra tentat inferre: nam ingredi conantem vis quaedam divina repulit; iterum, ac saepius intrare cupientem eadem illa virtus divina retinebat: cumque a templi valvis, ac foribus divinitus se conerret prohiberi, ac secum tacite causam investigaret, libidinosam, obscenaque vitae infamia seso primo oculis mentis ostendit, et colluvio flagitiorum, quorum sibi conscia, se agnosceret, et vitae superioris errata longo intervallo lamentari coepit. Ergo Deiparae imaginem, quae in templum ingressurus prima patebat, oculos, et vultum prima sustulit, et in hunc modum fletus, atque eulanas cum Christi matrem colloquitur, cuius memoriam sancta illa effliges excitabat: Domina Virgo, quae immortalem Deum corpore mandissimo, et anima omnis maculae experte genuisti, adiuva me desertam, et solam, nihilque habentem adiumenti: et quando ille idem, quem immaculata peperisti, ut eos, qui peccant, vocaret ad poenitentiam, venit in mundum, tu mihi dexteram porriges, ex his vitae sordibus, coenoque impurissimo emergere cupienti. Deinde pollicita est, omnibus mundi illecebris, quae sunt invitatrices voluptatum, pro nihilo habitis, vitae cursum se esse directuram, et mores corruptissimos mutaturam; tantum in templum illud augustum introire, et Dei offensam gratiam reconciliare liceret. Virgine deprecante, post preces omissas, et vota, licuit salutaris ligni, et Christi in eo mortis sanctissimae, atque beneficentissimae renovare memoriam. Permissum est, ut religiosis laudibus, et praecentis nostrae redemptionis mysteria prosequeretur. Conceditur, coelestibus animum explere deliciis, et clementissimae Matris open experta, etiam aliquo etiam se illi commendabat, et eius ad voti solutionem piumpatocinium implorabat. Indo digressa, tantum abfuit, ut vitae prioris errata repeteret, relaberetur in vita consuetam, mundi suavitates regustaret, Aegyptiue ollas in Aegypto nata, atque educata requireret, ut corporis immemor, in solitudine viveret, commissaque seclera incredibili asperitate puniverit. Pugnas vero cum malo daemone, tum assiduas, tum horribiles, truces, et feras, eo superabat, et vincebat alacris, quo frequentius Virginem invocabat. Haec erant solitariae Mariae verba semper in ore Tibi, o sanctitatis amatric, quae mihi tale immerentem, te tam humanam praebuisti, neque spurcae meretricis preces repudiasti, sit honor, et gloria; esto mihi salutis magistra, et rerum praecipitum divinarum, viam ad poenitentiam indica, neque me improbam, et perditam ullo unquam tempore derelinque. Haec quidem succurrente Virgine, et solatia de coelo mittente, annos septem, et quadraginta Maria, nova iam mu-

lier in eremo traduxit, diabolique multiplices pugnas, Virgine, quae castitatis patrona est, adiuuante, confregit; quid enim Aegyptiaca Maria, vel periculi metueret, vel mali patere, cuius intemerata Virgo, ut nubes opposita, nimios solis defendebat ardores? quamque, velut ignita columna, eadem ipsa Virgo integerrima in utrisque tenebris illustrabat? hanc enim nocem, quae solis absentia terras opacat, Dei mater, si vult, illuminat, et ab animo caliginem, obscuritatemque depellit. Et quidem illis omnibus, qui in coeno libidinis, et flagitiosae vitae sordibus aliquando volutati, ad castitatem aspirant, et corporis, animique munditiam expetunt, expetitam assequuntur. Praeclarum, et illustre exemplum nostra haec dedit Aegyptia, habentque gravissimi pellicatae rei, ad cuius regulam, normamque suae vitae correctae iam, et commutatae rationem, modumque conformant. Huius exemplo complures meretrices ad meliorem frugem conversae, arduum vitae genus arripuerunt: huiusmodi poenitentium Constantinopoli monasterium Iustinianus Imp. instituit.

§. LX.

Robertus Richius, et Robertus Baconius (in vita s. Edmundi), multa quoque Edmundi, Vincitius (in suo spec. lib. 32. c. 67), et deinceps philosophiae interpres, et doctor Edmundus contra, atque illi faciebant, qui in eodem diebus curriculo versabantur, sacro interesse quotidie, et horarias preces, quas canonicas dicimus, recitare consuevit, suisque discipulis, ut idem facerent, persuasit. Quo autem commodius id exequi posset, sacellum in honorem beatissimae Virginis, quam impense amabat, pulchre adornavit, theologiae studia pertractans, cuius ei erat pericunda cognitio, imaginem gloriosae Deiparae eburneam ante oculos habebat, cuius in ambitu, atque orbe nostrae per Christum libertatis mysteria efformata, et picta fulgebant: in eam intuens, cum ipsa lectione orationem, divinarumque rerum meditationem coniungebat, neque ad intelligendum modo, sed etiam ad agendum uno, atque eodem tempore se ipse comparabat, precationem illam, quae incipit: *O intemerata*, in Mariae Virginis, sanctique Ioannis Evangelistae memoria diebus singulis usurpabat. Sed, cum aliquando studiorum impetu abreptus, quotidianae huius precationis esset oblitus, nocte insequenti d. Ioannes se illi demonstravit, manumque iussit explicare, quam iam erat ferula percussurus, ut a ludi magistris fieri solet, si quando discipuli imprudenter egerint. Mox tamen placatus, dexteram traxit Apostolus, quam ad vitium infligendum quasi commotus extenderat, amiceque monuit, ne unquam Virgini Matri, sibi quae acceptas preces illas oniteret. Singulis diebus Edmundus Christum Crucifixum verbis illis: *Adoramus te Christe*, salutabat: Pontificis simul preces ad omnes horas, sanctique Spiritus, et beatissimae Virginis, atque exequiarum quotidie recitabat, pe-

uniolam tum collectam, cum discipulos liberales disciplinas edocebat, pulvere operam in fenestras angulo recondebat, et terram terrae se dicebat adtingere: quae laudem rapacitatem quorundam praeda fuit. Maluitis, quae nocte cantantur, precibus aderat, quibus absolute, coram Virginali Matris ara persistebat in precibus. Intra breve temporis spatium, theologiae doctoris ornatus est titulo: evasit etiam concionator egregius, et praeceptor admirandus, multique magistri ex eius schola prodierunt, ex quibus non pauci sacerdotiis spretis, iisque praepinguis, Edmundi oratione incensi, monasticam vitam elegerunt. Quadam nocte, ignem in suo gymnasio ardere somniavit, atque inde factus septem desumi; postero die Edmundo, superiore loco, sacram theologiam, ubi solebat, exponente, Abbas quidam Cisterciensis adventit, septemque ex eius auditoribus ad religiosam vitam proficiendam eduxit, id quod Edmundo incandissimum accidit, cui auditorum numero, et frequentiae ob religionem decessio, dolori non fuit; quadam alia nocte ad lucernam lectilanti somnus obrepsit, musque introgressus, lumen extinxit: expretectus, ut se vidit luce privatum, dulcissimum Dei Matris nomen appellavit, quo invocato, lumen est coelitus restitutum: ob Episcopale manus sanctissime obitum, in martiorem odium incurrerat, nempe quibus suorum flagitiorum tenebrae, noctemque sectantibus cum coelo claro, ac lucido convenire non poterat. Horum insolentiam tam moderate tulit, ut diceret: si vel utramque mihi brachium mutilent, vel oculos eruant, nihil tamen minus, habeo clariore: sunt enim illi quam robustissimi, quos Mariae matris lacte scimus esse nutritos.

§. LXI.

Ex annalibus Francisci Beneti (in hist. Varal. Austr. Provinc. eiusdem urbis): Excurrit unus sub Epiphaniorem festum in oppidum toparchae cuiusdam excellenti pietate, qui olim educeatur inter convivores Viennae, uxorem hic habebat sterilem, nec satis firmam in fide. Cum vesceretur cibus illicitus, persuadet mulieri moster, ut si liberos velit, habeat huic saltem honorem b. Virginis, ut a carnis sabbato abstineat, divinam illi opem sub tanto patrocinio affuturam. Fidei respondit eventus, uno partu geminos, marem, et foeminaem eni-nam, et agnoscent divinum beneficium uterque coniux aureae casulae, calicisque donum miro artificio, Deiparae, quae colitur in nostro templo, ex voto dedit, haec ille de muliere, cui profuit diei abstinencia septimi, non quidem Iudaeo ritu, sed Ecclesiastica propter Virginem pietate. Sabbatum quidem, vel Ethnicos celebre fuisse iam diximus, quo die Seneca scribit, lucernas incendi solere. Sed quae olim superstitio fuit, religio esse coepit; posteaquam sabbatinae ferias in honorem beatissimae sempernae Virginis Ecclesia frequentavit, quibus

fidei lumen huic matronae, quae vacillabat in fide, videtur reluxisse.

§. LXII.

Sarius (de vit. Sanctor. April.): Quinque et viginti annos Albertus in sua cella permansit, ex quibus viginti duos sine pane traduxit, herbis radicibusque contentus: viginti, quod mireris, nullum omnino potum degustavit. Quae fuerit rei causa panis occasio, operae pretium est scire. Ex perpetuis imbris tanta aliquando, tamque metueda tempestas intumuit, ut in cellula Albertus, velut obsessus, teneretur; cumque ad eum alendum pasendumque continentibus pluvius penetrare nemo posset, Alberti animus duplifer angebatur, et quod panis deesse, vitae alimentum, et quod rem divinam audire non posset, et panem de coelo missum adorare requiret. Quamobrem beatissimam septemaginta Virginem appellavit, utque sibi in tantum adducto discrimine subveniret, supplicet humique stratus oravit. Dumque fuis animo precibus fessus ac tristis obdormisset, ecce per visum adest benefica Mater cum virginibus pulcherrimis, quas lamen coeli Regina et forma, et proceritate vincebat: foemina ut vidit, humana credulitate ductus: si vos, inquit, praesenssem, ex Monasterio repulsem. Indignantem et quod introgredi ausae essent acriter obiurgantem, divina miter interpellat: desine frustra moveri: Ego sum Dei Genitrix, quam tam amanter invocasti, quid a me igitur vis? tum ille: Succurre Mater in his, quibus me vides egere; hoc audito, misericordiae et benignitatis fons ex fonte Christo Deipara, panem in os Alberti porrexit, quo ita recreatus refectusque est, ut domesticum hunc panem, quo vivimus, nunquam deinceps requisierit: illa etiam de sacris non auditis, quae animum angebat, consolante Virgine, cura cedit: Rei divinae diebus festis audientiae necessitatem, temporibus metiendam, et casibus tolli repentinis, qui si incidunt, curandum esse, ut vitae sanctitas quoddam sit altaris, ac missae supplementum: Albertum mihi vivere debere, ut eius actiones quaedam esse sacra videantur. Virginis et ante, et post hoc beneficium studiosus venerator Albertus, centenis genuflexionibus diebus singulis utebatur; quoties autem genua curvabat, lites salutationem Angelicam, vultu ad pietatem, religionemque composito, proferebat.

§. LXIII.

Sanctus Antoninus Archiepiscopus Florentinus (per histor. tit. 17. cap. sect. 27): Circa annum a Christo nato millesimum centesimum nonagesimum, cum rex Aragoniae, et Comes sancti Aegyptii, qui Raymondus dicebatur, molesta discordia disseterant, nulliusque intercurrentis valeret oratio, ad pacem reducendam in Urbe:

Antio, cuius non semel in hoc opere propter religiosissimum virginale templum facienda mentio est, cuidam humilis fortunae viro, carpentarium fuisse Antonium ait, non quia carpentorum artificem esset, sed quia faber lignarius, voce usum prope Hispana, et nostra, cum se deus immortalis ostendisset, chartulam dedit, in qua erat effigies beatissimae Mariae Virginis, sedentis in throno, et charissimum Filium amplexantis, quae solet esse pictura vulgaris; nisi quod erat utrique imaginis circumscripta rotunditas cum illis verbis: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*. Postquam se tam admirandae visionis fama vulgavit, viri principes ex variis mundi plagis, et ingens popularium numerus, in festis Assumptae Dei matris, Antium conveniunt. Porro urbis antistes hominem illum, fabrilis artificis viventem, haud magna in re, sed virtutis plenum, et fidei, Durando nomen erat, in medium coelum venire, et quae vidisset, advidissetque, iubet effari: ille de Aragonum regis, et Comitissae compellitur reducenda pace, divinum audacter exponit, et pervulgat imperium: imaginem testem inducit, obventibus oram litteris illis consignatam. Auscultant duo illi Principes divino consilio ad Galliam peregrinari, et pacem coelitus impetratam servaturos esse interposito iureiurando confirmant: pacis obsidem, virginem illum imaginem adhibent: quam plumbis sigillis impressam, lineisque assulam tunicellis, quos monachorum aliorum scapulares esse solent, et petrii applicitam pro simbolo proque pacis insigni circumgestant. Ea vero paux tantae sanctitatis fuit, ut qui ita linteatus, et tali sigillo munitus esset inventus, sed ab illius cognatis impunita foret; non quidem a iudice, cuius est vindicare facinora, sed ab illius cognatis, qui esset interemptus: non enim consanguinei, non amici de ultione laborabant, sed coelitus admonitae pacis memores, homicidae libenter ignoscebant, quia et illatae supernae imaginis visio exemplo, scutulo animadverso occisi, frater in occisum ruebat amplexus, eumque hospitio accepit, humaniter, et benigne tractabat; et quae sodalitates Virgineae quoddam genus, quod pacis poterat appellari.

§. LXIV.

Ex oratione s. Germani Patriarchae Constantinopolitani apud Simeonem Metaphrastem: Sanctissimae Deiparae, quae se astringebat zonam, pretiosissimisque fascias, quibus Virgo integerrima tenebrarum Christi pueri corpusculum colligavit, ac cinxit, usque adeo venerata Graecia est, ut templum in utrisque rei honorem incredibilis eiusdem formositatis exerexit. Cuius templi dedicationem, et ut item Graeci loquuntur, encaenia, Germanus Byzantinus antistes oratione celebravit, qua simul Virginis laudes prosequitur. Eam vocat Christi supremi Regis animatam civitatem, Christianorum solatium, eorum qui exantur, po-

